



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Cautelae Inquisitorum decem contra haereticorum caillationes & fraudes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

erit. Principem consule: nam & in dicta l. diuus Marcus. S. si vero. ff. de offic. præs. ita scriptum est. Si vero v. plerumq; ad solet interuallis quibusdam sensu saniore est; num forte eo momento celus admiserit: nec morbo eius danda sit ventosa, diligenter explorabis, & si quid tale compereris, consules nos, vt astimemus, an immanitate facinoris, si cum posset videri sentire, commiserit, supplicio afficiendus sit. hactenus ibi. Quae verba licet hunc sensum habeant, videndum esse, an scelus sit admissum tempore lucidi interualli, huc etiam trahi possunt, num scelus quo tempore gaudet lucidis interuallis coerceri debeat, & tutius mihi videtur Superiores consulere, quam aliquid temere committere.

Decimus modus haereticorum euadendi, &c. est per palliatam sanctitatis conuersionem. Ex hoc decimo modo decipiendi, quo saepe multi haeretici uti solent, duo potissimum documenta colliguntur, quorum primum est: plurimum valere ad fallendos incautos sictam, & simulatam haereticorum sanctitatem, per quam non modo idiotis, & simplicibus hominibus, sed etiam litteratis, ac fidei iudicibus imponere nituntur. Alterum est: Eam sanctitatem, verane, sit an sictam, ex vitas, & moribus eorum facile posse detegi, cum vitis his laboret, videlicet superbia, luxuria, gula, inani gloria, inuidia, & alijs huiusmodi, quae haereticorum vitam solent commutari.

Quod ad primum documentum attinet, late documentum lib. 2. de causis unde haereses oriuntur, & remedijs, quibus extirpantur, ubi multis exemplis, et probatorum uirorum testimonijs, ostendimus, multos per haereticos fuisse deceptos per sictam sanctitatis, & simulatam probitatis speciem, quod de Prisciliano docet Sulpicius Seuerus, lib. 2. sacre historijs, & de Nestario Cassiodorus in historia Ecclesiastica Tripartita, lib. 12. c. 4. de Hierace Epiphanius haeresi, 67. & de Dulcino, & Pseudoapostolis, & Valdensibus, seu Pauperibus de Lugduno diximus copiose supra in secunda parte, ac deniq; de noueris haereticis sanctitatem simulantibus elegantius ostendit Thomas Valdensis in prologo doctrinalis fides, doctrina octaua.

Ex secundo autem documento hoc diligenter obseruanda adhibent fidei iudices, ut uita, & mores eius, qui sanctitatem fingit, accuratè explorent: nam si ea sictam sit, ut in omnibus haereticis esse solet, protinus uel ex uerbis, uel ex scriptis eius, uel ex illis cum quibus uersatus est haereticus, qui se sanctum & probum, aut huiusmodi simulat, deprehendent in eo aut omnia, aut aliquid ex uitis, quae paulo antea cum Eymexico hic commemorauimus. atq; hic est singularis, & certissimus modus detegendi sictam aut ueram alicuius sanctitatem.

Cautele Inquisitorum contra haereticorum caullationes, & fraudes.

TERTIVM in examinatione haereticorum aduertendum est: quomodo & qualiter Inquisitor responsionibus cauteosis, & cauillosis haereticorum obuiabit. Vbi est considerandum, quod

A quando Inquisitor uidet haereticum cauillosum, uertutum & astutum, ut nolit detegere errorem suum, sed circūducat negotium per cauillosas responsiones, & tergiuersationes: tunc ipse Inquisitor ut clauus clauo retundatur, debet etiam uti cautelis, ut in errore haereticum comprehendat, & deprehensum ad lumen ueritatis fidei conuertat; ut post dicere ualeat eis cum Apostolo: Cum essem astutus, dolo uos cepi.

† Adagiū est, de quo Placa lib. delictorū c. 37. nu. 3. 2. Cor. 2.

Cautela autem Inquisitoris esse possunt istae, quibus ut poterit modo vna, modo alia secundū quod haereticorum caullationes, & uertutis hoc requirunt, & requirent, & sunt etiam decem.

PRIMA cautela Inquisitoris est: ut si uideat haereticum uti duplicitatibus uerborum in suis responsionibus, ut potè aequiuocationibus, conditionis adiectionibus, quaestionum retorsionibus, quaestionum admirationibus, tergiuersationibus, uerborum translationibus, & sic de alijs eorum caullationibus, quae dictae sunt supra: quod non permittat in huiusmodi persistere, sed conetur per sua interrogatoria ad propositū de quo intendit ipse Inquisitor, reducere: ut si interrogetur, an credat in uericam sanctam Ecclesiam catholicam, intelligēdo de ecclesia eorum, quae est ecclesia malignantium: interrogetur bilde de qua Ecclesia dicit, & quis praest? & si dicat, quod Papa: interrogetur ubi moratur prout ille Papa, & similia, prout materia requirit: & sic de alijs ad propositū, de quo quaeritur, eum reducendo.

SECUNDA cautela Inquisitoris est: ut si praesentiat haereticum nouiter captū nolle detegere errorem suum, quod potest praesentire antequam intret ad eum per eustodem, qui loquatur ex se illi capto, uel alijs per dicta testiu, uel mittendo sibi aliquem, qui ex se loquatur sibi, informando eum, quod dicat Inquisitori ueritatem quia homo est misericors, & similia bona uerba, tunc quando de nouo incipit talem examinare, quem sic praesentit uelle celare errorem suū, loquetur sibi blande, & mansuete, dando sibi ad annuere, quod iam scit eius factum, dicendo sibi haec uerba, uel similia in effectu: uideas, ego compatior tibi, quia sic es delusus tua simplicitate, & perdis animam quadam bestialitate: & licet habeas aliquam culpam, maiorem habet, qui te de talibus instruxit; non facias peccatum alterius, tuū; nec facias te magistrum, ubi fuisti discipulus, dicas mihi ueritatem, quia ut uidebis totum

† hoc est. iudicando ei.

negotium ego scio, sed ut gentes habeat te excusatum, & non perdas tuam bonam famam, & ut possim te citius uel statim liberare, & gratiam facere, ut uadas uias tuas ad domum, quis est ille, qui docuit te (qui nihil mali sciebas) hos errores, & ubi docuit te? & similia uerba bona, semper sine turbatione, & supponendo factum esse uerum, sed quaerendo de circumstantijs.

TERTIA cautela Inquisitoris est, ut si uideat Inquisitor haereticum siue delatum nolle detegere errorem suum, & stare in negatiua, & scit ipsum per testes conuictū, Inquisitor legat, uel legi faciat sibi dicta testiu suppressis nominibus. ta

† Al. tuum.

E c liter,

liter, quod cognoscat se conuictum per testes, & non intelligat qui sunt deponentes, vbi periculum deponentibus possit imminere: alias explicare potest, & facie ad faciem affrontare, vt sic rubore, & verecundia veritatem fateatur; & praesertim si ante induxerit ipsum haereticum seu delatum ad fatendum in casu, quo coram eo veniant deponentes.

102 **Quarta cautela Inquisitoris est: vt si videat** Inquisitor haereticum vel delatum nolle detegere veritatem, & scit eum per testes non esse conuictum, & secundum indicia videtur eidem esse verum, quod deponitur contra eum: quod quando negat hoc vel illud, quod Inquisitor accipiat processum, & renouat eum, & post dicat ei: clarum est, quod non dicis verum, & quod ita fuit sicut dico ego; dicas ergo veritatem negotij clare: sic vt ille credat se conuictum esse, & sic apparere in processu. Vel teneat in manu vnam cedulam seu scripturam, & quando delatus seu haereticus interrogatus negabit hoc, vel illud; Inquisitor quasi admirans dicat ei; & quomodo tu potes negare, nonne clarum est mihi? & tunc legat in cedula sua, & peruertat eam, & legat: Et post dicat: ego dicebam verum: dicas postquam vides me scire. Cautela tamen Inquisitoris, quod non tarum descendat ad speciem dicendo se scire negotium, quod haereticus cognoscat, quod ipse ignorat: sed stet in genere dicendo: bene scitur vbi fuisi, & cum quo, & quo tempore, & quid dixisti; & tangat sibi aliquid certum, quod scit ita esse, de alijs autem in genere loquatur.

103 **Quinta cautela Inquisitoris est: vt si videat sic** haereticum in negativa perseverantem, fingat se longius debere ire; & dicat sibi: videas, ego comperiebar tibi, & volebam quod mihi diceres veritatem, vt expedirem te, & factum tuum, & non remaneres sic captus, quia delicatus es, & posses leuiter incurrere aegritudinem, quia habeo recedere a te, & ire vbi sum valde necessarius, & nescio quando reuertar: Nunc autem postquam non vis fateri veritatem, eum displicentia ego habeo te in carcere dimittere compositum vsque ad regressum meum, & displicet mihi, quia nescio quando regrediar: & tunc ille incipiet rogare, ne sic in carcere dimittatur, & paulatim fortassis aperiet veritatem.

104 **Sexta cautela Inquisitoris est: vt si videat haereticum sic in negativa taliter perseverantem, &** non esse plenè conuictum, & credat probabiliter illum errorem suum negare: tunc multiplicet interrogatoria sic, quod per multiplicationem articulo- rum veritas habeatur: quia modo aperiet vnum, modo aliud; vel variis comprehendetur. Quod si sic veritas habeatur, habetur intetum: si autem non habeatur inde veritas, sed varietas: tunc quoniam in diuersis variis inuenitur, exponatur sibi, quomodo nunc dixit vnum, modo aliud; & quod omnino dicat veritatem, exponendo sibi quomodo fortassis oportebit, quod cogatur, & quaestionetur. † Quod si dicat, habetur intetum: si non, † erit locus quaestionum, cum alijs indicijs, & de bono consilio peritorum poterit expo-

† Fymericus
i. v. q. 61. re
g. d. 1. vbi di-
ci.

ani quaestionibus, & tormentis ad veritatem illam mediantibus extorquendam. Haec autem multiplicatio articulo- rum non fiet, nisi vbi constat de pertinacia magna delati; alias non, cum per tale interrogationum multiplicationem, praesertim circa eosdem articulos, & diuersis temporibus, quilibet leuiter posset induci ad variandum.

Septima cautela Inquisitoris est: vt si videat haereticum nullatenus velle prode- re veritatem, nullo modo tradat eum canonibus, nec fidei- sionibus, nec alijs manuleat: † nam de cetero a talibus manuleat datus veritas non habetur: immo tunc peiores efficiuntur, & malignantur, & procurant multa, propter quae Inquisitoris officium atque iudicium retardantur.

Octaua cautela Inquisitoris est: vt si videat haereticum in negativa taliter perseverantem, in di- sionibus, nec alijs manuleat: † nam de cetero a talibus manuleat datus veritas non habetur: immo tunc peiores efficiuntur, & malignantur, & procurant multa, propter quae Inquisitoris officium atque iudicium retardantur.

Octaua cautela Inquisitoris est: vt si videat haereticum in negativa taliter perseverantem, in di- sionibus, nec alijs manuleat: † nam de cetero a talibus manuleat datus veritas non habetur: immo tunc peiores efficiuntur, & malignantur, & procurant multa, propter quae Inquisitoris officium atque iudicium retardantur.

Nonae cautela Inquisitoris est: vt si videat haereticum nullatenus velle prode- re veritatem, habeat Inquisitor vnum de complicibus suis, seu alium bene ad fidem conuersum, & de quo Inquisitor bene confidere possit, illi capto non ingrato, & permit- tat illum intrare, & faciat, quod ille loquatur sibi, & si opus fuerit, fingat se de secta sua adhuc esse, sed metu abiurasse, vel veritate Inquisitori prodidisse, & cum haereticus captus confiderit in eos, intret quodam sero ad haereticum illum captum protrahendo locutiones eum eodem, & tandem fingat nimis esse tardè pro recessu, & remaneat in carcere cum eodem, & de nocte pariter colloquatur, vt dicant sibi mutuo, quae commiserunt, illi, qui superintravit, inducente ad hoc captum: Et tunc sit ordinatum, quod stet extra carcerem in loco cogruo explorantes eos, auscultantes, & verba colligentes, & si opus fuerit notarius cum eis.

Decima cautela Inquisitoris est: vt si videat Inquisitor tale sic captum incipere dicere veritatem, quod nullo modo dimidiet recipere eius confessionem, sed continuet quantum poterit, nec curret si dimittit, seu prorogat praedictum, vel cenam; sed instet quousque ille dixerit veritatem, saltem quoad principalia: Nam per dimidiationes, & interruptiones confessionum haereticorum, vbi incipiunt detegere veritatem, frequentius est reperiri, quod redeunt ad vomitum, & non aperiunt veritatem, quae aperire inceperunt habito consilio.

Itē sunt decem cautelę Inquisitoris ad extorquendam veritatem ab hæreticis gratiose absq; questionibus, & tormentis.

COMMENT. XXIII.

Sed uti cautelis prorsus videtur prohiberi: quis enim dicat caullationes, fallacias, & improbas, aut sophisticas interrogaciones seu argumentaciones licite vsurpari posse ad extorquendam veritatem, quas etiam veteres absque fidei luce vitadas docuerunt. Aristoteles libris duobus Elenchorum, Jurisconsultus in l. cum hi. §. si cum lis. ff. de tr. fac. vbi sapienter protulit. Accursus non debere viam aperiri malitijs, l. 1. §. sed & si qs. ff. de Carb. edit. hinc Paulus Castrensis in l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. & in l. edita. C. de eden. vere asseruit, quod quamuis cautela honorem afferant iudicibus & advocatis in hoc seculo, in alio tamen edificanc ad gehennam, cum doceant damnare animam.

Sed duo sunt cautelarum gener: Quaedam decipiorie, & in malum finem directę, & ad decipiendum aptę, que nusquam vsurpari debent, & has iura detestantur. Alię sunt laudabiles & iudiciarię pro veritate inuestiganda, in quibus non iniquitas, sed ratio, iudicium, & utilitas versatur, ad bonum fruem ordinatę. c. quanto. 63. dist. & c. illa præpositorum, 1. 1. q. 3. vbi ita ait Gregorius: Illa præpolitum sollicitudo utilis, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor sibi nihil vedit. hæc ibi. Has autem vsurpare ad fraudes detegendas, ad vitia præcauenda, & ad peccatores convertendos valde est laudabile.

His vsus videri potest Salomon ad inuestigandam veritatem de filiatione vera a diuersis matribus petiti infantis. c. afferte. de præsump. facit textus in c. vtilem simulationem. 2. 2. q. 2. & de his intelligendus est hoc loco Emericus locutus, quod satis etiã indicant illa eius verba, videlicet, Et deprehelsum ad lumen veritatis fidei conuertat. Et in hoc sacro Inquisitionis officio cautelis his laudabilib. vtiliter nominatim docet Ioannes Roias in singularibus fidei, sing. 94. circa medium.

Has autem cautelas nullis penitus mutatis recte sue auctor Repertorię Inquisitorum verbo, prouiso solenter. §. sequitur cautela. quarum multas approbat Jo. Roias in singularibus fidei, sing. 94. nonnullę etiam reperiuntur in vetusto illo codice Vaticano, ac præsertim in fragmento Summę fratris Iuoneti, quod est in eo libro insertum parte 5. c. 2. tit. De modo examinandi hæreticos.

A Et si interrogetur, an credat in vnicam sanctam Ecclesiam catholicam. Hic locus in omnibus exemplaribus, & in Repertorio etiam Inquisitorum, verbo, Prouiso solenter, fol. 649. secundum impressionem Venet. an. 1575. imperfectus videtur & mutilus, & Fratri Paulo Constabili sacri Palatii Magistro videntur, post hæc verba, hæc alia desiderari, vt sententia sit perfecta. Et ipse respondeat se credere quod & verum puto.

B Interrogetur ille de qua Ecclesia dicit, & qui præest: Ita Barcionensis impressus, sed Bononiensis & Repertorium Inquisitorum, fol. 649. ex impres-

sione Venet. an. 1575. & codex Cardinalis de Gambara melius habent ita: Interrogetur, illi Ecclesię, de qua dicit quis præest: & si dicat quod Papa: interrogetur, vbi moratur pro nũc ille. Ita hæc ibi: Quę sententia planior est, & facilior in Sa bellano hic locus penitus est deprauatus.

C Quod dicat Inquisitori veritatem, quia homo est misericors. Hoc per se præstare tutius Inquisitores possunt, comemorando reus, quoniã soleat sacrum Inquisitionis officium misericordiã exhibere illis qui sponte delicta sua, quamuis grauissima & maxima, confitentur, hoc autem ipsum præceptum præscriptit frater Iuonetus in illo Summę fragmento sepe citato, ex codice vetusto bibliotheca Vaticana, vbi titulo De reduendis timore mortis vel carceris, ita scriptum est: Loquantur etiam ei blãdiendo sic: Non formides secure confiteri si forte quia credebas illos bonos esse homines, quia ista & ista docebant, adhibuisti eis fidem, & libere audiebas eos, & dedisti eis de substantia tua, vel aliquando recepisti eos in domum tuam, vel fecisti eis confessionem, eũ esses simplex; & diligens eos, quos putabas esse bonos homines, & malum nescires de ipsis: hoc enim posset contingere multo sapientioribus quam tu es, & sic deciperentur. hæc ibi, Neq; hæc cautela est prorsus in hac causa contemnenda, multi enim hac benignitate emolliuntur, confitentur, & conuertuntur.

D Dando sibi innuere, quod iam scit eius factum. Obserua hic non dicere Emerici, quod Inquisitor cum vitur hac cautela, dicat reo, se iã scire eius factum: quoniam si nesciret, & se scire diceret, peccaret; quod nullo modo fieri debet, etiamsi inde veritas detegenda speraretur: sed dicit, quod det sibi innuere se scire factum eius; caute enim potest Inquisitor ita loqui, vt reus quasi credat omnia iã scire Inquisitorē: & hoc licitum est, & valde est accommodatũ, sed ad hanc exercendam cautela prudentia opus est, & tali moderatione, vt mendacium nullũ vnquam dicatur: neque enim faciendã sunt mala vt veniant bona. mentiri autem semper est illicitum.

E Alias explicare potest, & facie ad facie affrotare. voce vulgari rem pulchre expressit: nã affrotare est præsentialiter testes & reum producere & conciliare, vt acrius visis testibus, & comemoratis singulis commissi delicti circumstantijs reus vrgeatur per textũ in l. si postulauerit. §. questioni. ff. ad l. Iuliam de adulter. Quęstioni, inquit Jurisconsultus, interesse iubentur reus, reus, & patroni eorum, & qui crimen detulerit. hæc ibi, quod ideo fieri præcipitur, quoniam ex præsentia accusatorum seu testium, reus vix potest euadere iudicium, & veritatem diffiteri: nam vbi delatores singulas delictorũ circumstantias commemorauerint, titubatur reus, nec potest commodas adducere responsiones.

Sed hæc in alijs delictis fieri possunt, in hoc autem crimine maiorem hic articulus habet difficultatem, & Ioannes Roias in singularibus fidei, sing. 94. & Repertorium inquisitorum verbo, prouiso solenter. §. sequuntur cautela. vers. tertia cautela, hanc Directorij doctrinam sequuntur, quę iure communi roborata videtur. ca. vlt. §. cessante. de hæret. lib. 6. vbi disponitur, vt cessante periculo testiũ no-

Num. 100.

Promissa misericordia, rei facilius conuertuntur.

Num. 100.

Num. 101.



mina reo publicentur, ut se plenius defendere possit. A
eadem ergo ratione poterunt simul conciliari, ubi
necessitas id postulerit.

Ceterum, contraria sententia tutior est: nam si
testium nomina publicari reo non debent, quod multis
cōsuetudinibus cautum esse docui plene infra, super
q. 75. sane multo minus confrontari testes & reus
debent, cum inde grauissimum semper periculum ti
meatur: ex quo amplius sequeretur vix esse qui vel
let hereticos denuntiare, aut contra eos testificari. at
que hec sententia saluberrima quadā Madriliana instru
ctione anno Domini MDLXI. c. 72. in Hispania cō
probata est, in hæc verba, quæ nos latina fecimus ita:

Quamquam in alijs tribunalibus soleant iudi
ces ad veritatem delictorum indagandam conci
liare testes cum delinquentibus, in iudicio Inqui
sitionis nec debet, nec solitum est fieri, quia præ
terquam quòd ex hoc violatur secretum, quod
circa testes haberi præcipitur, experientia notum
est, quod si quandoque id factum est, non est se
cutus inde bonus effectus, immo ex eo incom
moda orta sunt. hætenus ibi.

Non tamen ambigo posse aliquando contingere
possim, in quo id fieri possit, ut dixi infra super 12.
modo processum fidei terminandi. quod videto: sed
exquisitissima considerationes præcedere debent, et
causa maxime, & grauissime.

An Inquisi
tor possit cō
pelli ere testes
ut cōpareant
coram reo.

Quæsitum scio, An si Inquisitor vellet testes,
seu delatores cū reo conciliare seu confrontare, ipsi
vero id se facturos recusarent, possint per Inquisito
rem cōpelli: & si quis amplissimam Inquisitionem po
testatē, & late patens officium cōtempletur, dicet eū
hoc posse præcipere: nam cum ad testificandum, &
veritatem indagandam compellere possit, poterit præ
cipere ea omnia, quæ ad hunc actum cōmodius exer
cendum requiruntur, per singularem doctrinā Pau
li de Leazaris in Clem. multorum. de heret. relata
apud Eymericum, pag. 218. Manifestum est autem
Inquisitorem cogere posse testes ad testificandū in
hac causa, l. vnica. C. si quis ius dicen. nō obtem. Ab
bas in c. causam. de testi. cogen. Locutus in opere iu
diciali, verbo, testis. 4. nu. 23. & seq. Ioānes Roias
sing. fidei 197. Zanchinus tract. de heret. c. 13. nu.
9. & ibi late Campegius, verbo, cogi poterit. Host.
Innoc. Ioannes Andr. & ceteri communiter in c.
dilectorum. de testibus cogendis, poterit ergo cogere
ad realem confrontationem.

Et summo iure communi hoc posse Inquisitores,
fortassis posset defendi. Ceterum imprudentissime
eos facturos putarem, si ad hoc compellerent; mihi
verisimilius videtur ob multiplices prohibitiones
de non publicandis testium nominibus multo magis
interdici sibi, ne cogant testes confrontari.

Neque est similis ratio in compulsionem ad testifi
candum, ac in confrontationem: quia ibi non versatur
tā graue periculū, cum nomina testium de recepta
sacri officij consuetudine per Pontificum constitu
tiones salubriter introducta, reus non publicentur.

Hoc addiderim in illis casibus, in quibus hæc cō
frōtatio fieri potest, suspicari posse testes falso depo
suisse contra aliquem, si recusent coram eo confron
tari, præsertim, si sint viles & infames: nam in vi
ris probatæ virtutis secus est censendum.

f Si non, erit locus quaestionum cum alijs in
dicijs. Hic aperte sentit auctor solam variationem
delinquentis non sufficere ad torturam, nisi alia si
mul adsint indicia, de quo scribit plenus infra q. 61.
ubi dixi copiose.

g Et Inquisitor intrabit ad finem cum eis, &
promittet sibi facere gratiam, & faciat. Cautela
de promittenda reo impunitate, si veritate confitea
tur, licite possit usurpari, & iudex obligetur ad præ
stantiam impunitatem, vel non obstant promissio
non possit reum condemnare, valde est controversa
dubia, de qua Archidiaconus, & alij in ca. vtilen
22. q. 1. l. si in l. si mora. num. 4. ff. soluto marr. De
cius, & ibi Cuchalon in additionibus, & Cagnobus,
in l. ea est natura. ff. de reg. iur. Felin. in c. asserere. de
presump. & in c. accedens. el. segundo. ut lue non
contest. Jmolā in l. si quis. ff. de publ. iud. Hippol.
Marsilius in l. 1. §. quæstioni. ff. de q. idem sing.
201. incipiente: In confessum. copiose Franciscus
Vinius in communib. opinionibus, verbo, iudex pro
mittēs. Iulius Clarus in pract. crim. §. si. q. 55. vo.
circa primum. & seq. Aneo. Gomez. tom. 3. varia.
reso. c. 12. nu. 6. Placa. lib. 1. delictorum, c. 37. Co
uarruias lib. 1. var. reso. c. 2. nume. 16. Ioan. Ro
ias sin. fid. 94. circa finem. & alij quos libens o
mitto.

C In hac quaestione, quæ & vtilis est, & vbi fre
quens, duo sunt mihi potissimum breuiter dicenda.
Primum an liceat hac cautela veritatem indagare:
Alterum an fidem promissam reo de impunitate
& gratia iudex debeat ei seruare.

Quantum ad primum attinet, Hieronymus Cu
chalon apud Decium in d. l. ea est natura. nu. 7. ff. de
reg. iur. quem refert Placa præcitato loco asserit, o
mnem esse opinionem, posse iudicem hac vti cautela
ad extorquendam veritatem: quoniam certum vide
tur iudicibus licere exemplo Salomonis indaganda
veritatis gratia aliquid aliquando simulare. d. c. as
serere. de presump.

Hæc tamen opinio non placet Iulio Claro præci
tato loco: quoniam longe aliud est fingere seu simu
lare, quod fecit Salomon, ac mentiri, & decipere, q
fit cum promittitur impunitas, nec præstat: &
propterea alijs censet cautelis iustioribus vti debent,
ut veritas habeatur; quod etiam asseruit Dignus
tract. de quaestio. quem refert Paris de Puteo. tra
cta. de syndicat. c. 7. atque hæc est sententia Iulij
Clari.

Veruntamen in hoc tribunali ego credere optime
posse hanc cautelam usurpari, etiam statim a prin
cipio, offerendo reis non quidem impunitatem, sed
amplam misericordiam & gratiam, si protinus ve
ritatem fateantur: quamvis enim quo ad alia tribu
nalia & alios iudices sit vera sententia Iulij Clari:

ea tamen in hoc tribunali locum non habeat: quoniam
Inquisitores in remittendis panis & temperandis,
ampliores quam ceteri quicunque iudices habent
potestatem. cap. ut commissi. de heret. libro 6. Apud
alibi susus diximus: nam in ceteris delictis punien
dis, in quibus per leges statuta pena est, seu de illis
constiterit, iuxta scriptas leges necessario inferior
res iudices indicare debent: S. Thomas. 2. 2. q. 60.
articu. quinto, & Dominicus Scotus lib. 2. de
iust.

Instit. & iure, quest. 4. art. 5. at in heresis crimine, etiamsi de eo constet, nec possunt Inquisitores penas a iure taxatas penitus remittere, at possunt temperare omnes illas, quae arbitrio eorum relinquuntur, quales sunt poena poenitentibus: iuxta quod optime dicit hic Emericus, ut promittat sibi gratiam quam faciat: quod quia ratione intelligendum, paulo post clarius explicabo.

Quantum ad secundum caput susceptae disputationis attinet; An fides data reo de impunitate prestanda, si veritatem fateatur, servari debeat, duae sunt extremae opiniones. Una est Geminianis, & Prepositis, in c. nos in quemquam. 2. q. 1. quos videtur sequi Felinus in c. accedens 2. ut lite non contest. & in c. afferre, de praesumptio. & Huguij & Archidiaconi, in cap. vtilem. 22. q. 2. & Iasonis in d. l. si mora. num. 4. ff. solut. matr. & Cyni in l. praesenti. C. de his qui ad Ecclesias cofu. & plurium aliorum afferentium, iudicem non obstante praesata impunitatis promissione posse reum condemnare. Primum, quia cautelis uti licet, ad veritatem indagandam, dicto c. afferre, de praesumptio. Praeterea, quoniam hic dolus bonus est, & ad publicam pertinet utilitatem, ut intellecta veritate rei, condemnentur, ne delicta maneat impunita. Tum quia in male promissis fides servanda non est, capit. in malis, de reg. iuris, libro 6. constat autem hanc promissionem de impunitate delinquentium, contra publicam esse utilitatem. Item quia non refert quomodo veritas habeatur, dummodo habeatur. l. c. i. servus, ff. de verb. obl. Postremo quoniam si licet iudici reos torquere, sane & vigilia afficere, ad extorquendam veritatem, multo magis licet eam exquirere verbis blandis, & si quis. in cuius sententiae confirmationem, etiam adiungitur historia ab Archidiacono allata in dicto cap. vtilem. 22. quest. 2. de Alexandro iij. Pont. Max.

Alteram sententiam huic oppositam tenet Iacobus Belusius in pract. crimin. in rubri. de quaestio. Decius, Cagnolus, & Cuchalon, in d. l. ea est natura. ff. de regul. iuris. Ioannes Imolus consilio 109. incipiente: Visa inquisitione. Fortunius Garzia in l. conventionum. ff. de pactis. Hippolytus Marsilius in dicto singulari 201. nume. 4. Remigius Gonnii in tract. de immuni. Eccles. fallentia 26. Ezidius Bossus tit. de confessis per torturam. Antonius Gomez como 3. variarum resolut. c. 12. nu. 6. & alij. eam etiam observandam penitus admonerat me audivente Bononia Ferrantes Verius preceptor, Iurif. consultus insignis, publicus iuris interpres in gymnasio Bononiensi. Primum, quoniam fides & promissio etiam inimicis praestita semper est servanda, cum implementum eius descendat a iure naturali, quod violare non licet, l. conventionum, ff. de pactis, ubi communiter Doctores. Rursus, quia iuramentum & fides equiparantur, capit. ad aures, de eo quod met. causa. at iuramentum semper est observandum, ubi potest sine interitu salutis eterne. ca. cum dilectus, de eo quod metus caus. c. si vero, de iur. iur. ergo & fides promissa. Postremo, quoniam aliqui ex Doctoribus, qui priorem opinionem sequuntur, ut Felinus in dicto c. accedens, el. 2. ut lite non contest. expresse fatentur, in foro conscientiae non esse

licitum talem fidem violare, quod & ceteros sentire credo, atque hae sententia in hoc tribunali quantum ius patitur, observanda est.

Cum vero Inquisitores hanc se facturos gratiam reus sponderint, de his poenis solum intelligitur, quae in eorum arbitrio positae sunt, quales sunt multa & poena poenitentiales; nam eas, quae a iure sunt sacrae, remittere ipsi non possunt, ut vere docet Zacharius tract. de hret. c. 19. nu. 1.

Rursus, in his etiam poenis poenentialibus seu arbitrarijs iudicium adhibere debent, non obstante praedicta gratia promissione: quoniam si post longum tempus, & assiduas monitiones, quandoque post tormenta, ea gratia promissa, delictum confiteantur; iure & iusti poterunt, ommissis leuioribus poenis poenentialibus, grauiore imponere: neque enim aequum est eis qui tam coacti, & post tam longum tempus confitentur, poenas aut omnes, aut grauiore remittere, sed sufficit vnam aut alteram remittere, ut dat a fidei, quantum licet, fiat satis.

Iam in hac promissione facienda Inquisitores in genere loquantur, neque ea promittant, quae sine peccato prestare non possent, ut valde prudenter hic indicat Emericus, dum dicit, quod promittant se facturos gratiam: nam quamcumque postea faciendae, quantumvis minimam, si dem datam adimplebunt: relapsi vero hae impunitas aut gratia promitti non potest.

Postremo, id est valde singulare, & in hac causa diligenter animaduertendum, multos putare hanc confessionem rei extortam cum maxima iudicis persuasione & promissione sub spe veniae & immunitatis, non sufficere ad condemnationem: quia iudicis dolo facta videtur, nec iudicari potest spontanea: ita Antonius Gomez, 3. tom. varia. resolut. c. 12. nu. 6. quod & latissime probat: additque Hieronymus Cuchalon apud Decium, in dicta l. ea est natura. ff. de regul. iur. oportere ut reus hanc suam confessionem persuasione iudicis factam ratificet, ut ex ea condemnari possit: quoniam talis confessio, ut singulariter docuit Imola in dicto consil. 109. et comparatur, quae facta est in tormentis: quod sequitur Marsilius in l. 1. s. questioni. ff. de quaestio. vers. modo redeundo, & latissime in singul. 177. incipiente: Maltius hominum, & singul. 201. incipiente: Inconfellum. ubi plures citat, qui hanc tuerentur sententiam.

Hanc opinionem ideo magis approbo, quia sepe contingit reos, ut a carceribus & alijs molestijs liberentur, ob promissam a iudice gratiam fateri, quae non commiserunt: itaque tutissima est hae sententia, quae tunc magis vera erit, cum reus confessionem ita factam reuocauerit: nam hoc casu inhumanum erit, & quasi a iustitiae rectitudine alienum, reum poena criminis ordinaria punire: sed mitior alia poena arbitraria imponenda erit, quod si cum tali confessione concurrant alij coniecturae, indicia, & praesumptiones commissi delicti, non erit, inquit Covarruias ab equitate alienum, tunc reum ordinaria poena punire, cum his coniecturis tandem accesserit eius confessio. Covarruias lib. 1. capitu. 2. varia. resolut. nume. 16.

Nos in hoc crimine, ut consentanea praecedentibus

In quib. poenis palliat Inquisitores gratiam facere, & quomodo.

Confessio facta iudicis suasu, an iusticiat ad condemnationem.



tradamus, afferamus tutius, & securius esse ut reus A
ratificet confessionem, cui ita ratificatus, etiã si alia
accendant coniecturæ, quas adesse frequenter contin
git, semper erit leuius puniendus, & ordinaria crimi
nis pœna temperanda, ne Inquisitor data a se si
deis, & promissa gratia deesse videatur, cum tuto
possit eam facere prædictis modis.

Num. 106.

h. Et fiat sibi gratia, quod ad misericordiã ad
mittatur.] Ita Bononiensis, & Barcionensis im
pressus, & codex Cardinalis de Gambara: sed in Sa
bellano ita: Et fiat sibi gratia, & misericordiã, vel
saltem ad salutem animæ: in Repertorio vero In
quisitorum in dicto verbo, prouiso solenter. § sequũ
tur cautela. vers. 1. ana cautela. hic locus ita legi
tur: Et fiat sibi gratia quod admittatur ad mise
ricordiã, si sponte dixerit quæ commisit. hæc ibi.
Quæ lectiois varietas multum est consideranda:
ex qua serè hoc colligitur, quod gratia in genere ab
Inquisitore promissa, hoc operatur, q̄ reus ad mise
ricordiã admittatur, ac mitius puniri debeat; non
tamen omnino liberari. Vel hanc habet tacitã condi
tionem: gratiã consequetur, si spõtes, & integrè cõfi
teatur quæ commisit: ex quibus confirmatur quæ
paulo antea dicebamus, in §. rursus in his in fine.

Num. 107.

1. Et faciat quod ille loquatur sibi, & si opus
fuerit, fingat se de secta sua adhuc esse, &c.) Si
dicat se esse de secta sua, cum non sit; & metu abiu
rasset, cum non abiurauerit, & similia, mendacium
dicet, q̄ saltem sit veniale peccatum, quod nullo mo
do est committendum pro quacumque veritate ha
benda: & tutius erit facinus impunitum relinque
re, quam per illicitas rationes illud inuestigare, &
detegere: nisi quæ mala sunt facienda, ut inde
bona proueniant. quam ob rem ex his cautelis eas
tantum in praxi usurpare licet, quæ sine vlla menda
cia, aut iniquitatis specie possunt ad vsum renocari.

illicite caute
le quæ absq;
peccato exer
ceri non pos
sunt, nullo
modo usurpa
re.

Hoc semper est animaduertendum, puniẽda qui
dem esse delicta, coercendos malefactores, adhiben
dam esse omnem diligentiam, ut veritatem ab inui
tis, & sceleratis iudices extrahant: at seruato iuris
ordine id esse faciendum, nec committendũ quidquã
quod aq̄uitas, & iustitia non admittat; quod si ita
haberi veritas non possit, nec malefactores puniri,
meminerimus verissimi illius theologi dogmatis.
Multa relinqui puniẽda iudicio diuino. Est
equidem valde laudanda iudicum quorundam sol
licitudo in inuestigandis, & coercendis sceleribus;
sed magnopere vituperanda, & detestanda consue
tudo, ut illicita quæque committant ad veritatem
eruendam, quorum errores diligenter detegit, & re
fellit in hac re Franciscus Casonus integro tractatu
de tormentis, sed non est nostrum hæc corrigere.

His cautelis, quæ ab Emerico longo sunt sermo
ne relatæ ad eruendam ab inuitis seu volentib. hæ
reticis veritatẽ, multæ aliæ a prudentibus, & eru
ditis Inquisitoribus, & inueniri, & usurpari pos
sunt iuxta qualitatẽ naturam, & mores varios ac
diuersos diuersarum personarũ. placuit hic illã recẽ
serẽ, quæ vsus est Flavianus Antiochiæ Episcopus
ad deprehendendos detegendosq; Massilianos here
ticos, qui diligenter hæresis venenum occultare co
nabatur. de qua re Theodoritus, lib. 4. historie eccle
siasticæ, 10. scribit in hæc verba: Quin etiam Fla

Qualiter de
secta Massi
lianorum hæ
reticis.

uianus Antiochiæ Episcopus, vi multorum ser
mone celebratus, cum accepisset hos Edeßæ
tem agere, & suum venenum in vicinorum ani
mos infundere, missa ad eos Monachorum tur
ba deduxit Antiochiam, & morbum, quem per
negabant, extorsit ad hunc modum: Adelpium
admodum senem benignè vocat ad se, propè af
sidere iubet: Tum quoniam inquit, senex, ad
longinquum temporis spatium vitam propaga
uimus, ideirco, & natura humana, & fraudulentu
dæmonum aduersariorum conatus nobis accu
ratiùs perspecti sunt, & cogniti; Multoq; etiam
vfu, quæ & quãta sint dona gratiæ edocti sumus,
Isti cum sint iuuenes, & nihil istarũ rerũ exqui
sitè norint, sermones spirituales audire vix, aut
ne vix quidem ferunt. Itaq; tu, quæso, dic mihi,
qua ratione affirmetis, & spiritum cõtrarium re
cedere a vobis, & sancti Spiritus gratiam aduen
tare? His verbis Senex ille delinitus venenũ oc
cultum exprompsit vniuersum. hætenus Theodo
ritus. quo loco continenter subiungit, qua oratione
Adelpius ille Senex hæreticus venenata hæresis
felle dogmata patefecerit, tandeq; subiungit dicei.
Itaque diuinus ille Flavianus, factio isto fonte
effosso, & impijs eius riuiulis patefactis, miserum
senem sic affatur: O diebus onuste, & inuetera
te, tuum ipsius os te coarguit, haud ego: tua labia
contra te testimonium dicunt. Itaq; erroris mor
bo reuelo, Syria exacti erant illi quidem, sed in
Pamphiliam profecti, eam eadem pernecie re
fererunt. hæc Theodoritus.

Insignis est profecto cautela, per quam blandiẽ
do, & quasi desiderium discendi ostendendo, inani
gloria tumescens hæreticus (quod vitium hæreticis
est valde familiare) dum Episcopum vult instrua
re, & docere, morbum hæresis, quem antea occultau
erat, manifestè, & patenter declarauit.

De signis & indiçijs exterioribus, qui
bus diuersarum sectarum hære
tici cognosci possint.

Sane quia multum interest ad habendũ
ab hæreticis de suis erroribus, & comp
plicibus veritatem, cognoscere cuius
sunt sequaces hæresis, siue sectæ, quod ex eorum
vita, seu moribus, & ritibus ac signis exteri
oribus patet clarè, & apertè; ea propter ut hæreti
ci, cuius sectæ sint, citius cognoscantur. de mo
dernorum hæreticorum ritibus, viuendi modis,
& eorum habitibus aliqua breuiter perstringa
mus.

COMMENT. XXIII.

Quo tempore Emericus hæc scribebat, valde
necessaria erat huiusmodi cognitio: nam cir
ca ea tempora frequens adhuc erat horum hæretico
rum turba, & perfidia, quemadmodum ex secunda
parte, vbi horum origo, & errores narrati sunt,
constat: hodie sola historie commemoratio valde
delectat, & carori qui de hæreticis scripserunt post
Eyme-